



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,  
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,  
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ  
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XX. De aliis causis, vel exceptionibus, quæ judicii, vel causæ cursum  
impediunt, & respectivè audientiæ denegationem causant, nempe; De  
spolio; De contumacia; De intentione possessorii; De ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

seu ministrum, Judici, vel exequatori ecclesiastico, retentus, (atque (ut vulgo dicitur) per ambasciata, quamvis urbanè concepta sit, in effectu inhibeat, atque impedimentum praest; & per consequens punctus est in effectu, non autem in formalitate verborum, apud proxime allegatos, & dicto disc. 17. in Miscellan.

Di &a verò requisita, ex quibus, formalis recursus verificari dicitur, considerari solent, ad effectum, ut trahere clericum, vel personam ecclesiasticam ad forum laicalem, seu etiam laicum in causa tamen merè ecclesiastica, & spirituali, etiam in iis, quæ sunt juris importet quidem incursum aliarum pecuniarum, quæ per sacros Canones infictæ sunt, contra huiusmodi trahentes, non tamen dicantur recursus, minusque intrent censura contenta in Bulla Cena; Ita etenim in ea parte, in qua detrahentibus loquitur, procedit in ipsis Judicibus, & Magistratibus, qui jurisdictioniter, & auctoritative trahunt, non autem in Partibus, quæ trahi curant, vel petunt, quoties non verificantur dicta alia requisita, cum recursus propriè confitente dicantur in impedimentis, quæ Judici vel exequotori ecclesiastico praestantur, ne eius jurisdictionem, & auctoritatem exerceat, atque sibi incumbentes partes expletas, spectato (ut dictum est) effectu, vel substantia veritatis, non autem immorando in formalibus, dicto disc. 17. in Miscellan.

De aliis causis, vel exceptionibus, quæ judicij, vel cause cursum impediunt, & respectivè audientia denegationem causant, nempe; De spolio; De contumacia; Et de intentione possessori; Aut de clausulis præjudicibus; De excommunicatione; De munere publico; De transactione, & perjurio; Et de non implemento, seu de contraventione.

## S V M M A R I V M.

- 1 Spolium impedit progressum judicij, & possessori denegatur audientia, donec purget spolium.
  - 2 In quo purgatio consistat.
  - 4 Quando huius purgationis suspensio concedatur.
  - 3 An audientia denegari etiam debeat in aliis causis.
  - 5 Opponente parte ut prius terminetur judicium possessorum manutentionis, procedi non potest in causa petitorum.
  - 6 An pro isto possessorio probari debeat turbatio.
  - 7 De cumulatione possessorii cum petitorio remissive.
  - 8 Contumaci deneganda est audientia.
  - 9 Transactio impedit litis ingressum, vel progressum.
  - 10 Idem de clausulis præjudicibus, putat clausula sublata, & similibus.
  - 11 De concessione aperitionis oris adversus istas clausulas, earumque reductione cum distinctione.
  - 12 Gratia male exortæ debent revocari.
  - 13 Magistratus quando debeat abstinere ab exequitione gratia Principis.
  - 14 Quare super dicta aperitione oris cognoscatur de meritis.
  - 15 Dicta clausule de quibus num. 10. non impediunt cognosci de non comprehensione.
- Card. de Luca de judicis & judicialibus.

- 16 Quid referat, an una vel plures clausulae praedictæ obstant.
- 17 Quod in Curia adhuc debeat abstineri ob recursum ad Principem.
- 18 Excommunicatus, an & quando posse esse in iudicio.
- 19 De exceptione, quod colligans sit in publico Magistratu.
- 20 De exceptione hostica.
- 21 De perjurio.
- 22 De non implemento, seu contraventione.

## D I S C . X X .

**N**ON solum ex causis attentatorum, & recursuum ad Magistratus seculares, judiciorum, seu causarum progressus, vel respectivè ipsius initium impeditur, ob audiencia denegationem; Verum etiam ex plerisque aliis eundem effectum, in toto, vel in parte operantibus; Et praesertim, ex causa spoliis violenti, quod parvifomerter in iure reputatur ac attentata, eumque operatur effectum; & consequenter, spoliator, vel attentator pari passu ambulant, ut quemadmodum de attentatore supra dictum est, ita etiam de spoliatore dicendum veniat, ut scilicet ei denegari debeat audiencia, donec sequatur purgatio spoliis, Buratt. & add. decis. 731. & 449. & 848. Otthob. decis. 104.

Ista verò purgatio parvifomerter consilit, in plena reintegratione spoliati, tam circa ipsam rem, in qua spolium commissum sit, quam etiam circa fructus, vel expensas, omniaque damna, & interesse, quamcumque compensatione, vel retentione denegata, apud proxime allegatos.

Cadentibus eisdem distinctionibus, & considerationibus, circa huiusmodi purgationem, eiusque suspensionem, quæ cadunt in dicta attentatorum materia, adeo ut ea, quæ ibi dicuntur, penè in omnibus huic materia quoque congruant; Ideoque repetendum non est.

Dispari tamen solet, an ista pena denegationis audienda, procedat solum in causa vertente super ea re, in qua spolium commissum sit, veletiam in aliis causis, cum eodem spoliato, sive cum aliis coram ipso Judice pendentibus, vel initiantibus; Atque cum distinctione qualitatè spoliis procedi solet, an scilicet sit verum, ac violentum, pro quo competit interdictum, unde vi, vel portius improrium sive interpretativum, ut primo casu obstat etiam pro causis diversis, non autem in secundo, add. ad Buratt. dicta decis. 731. num. 8.

Impedimentum quoque judicij prosecutioni, vel initio praestare solet privilegium alterius possessorii retinendæ, quod vulgo manutentionis dicimus, qui nempe ubi colligans prætentit se turbari in possessione, in qua reperiatur, vel reperiatur, seu esse debere prætendat, ac propterea, suspenso quamcumque petitorio, petat prius sibi decerni hoc possessorium; Tunc id impedit cursum cause principali in petitorio, atque super possessorio prius est providendum, alias nulliter proceditur, cum ita virtualiter, vel implicitè adesse videatur eadem ratio, quæ viget in spolio violento, quoniam licet non adsit violentum, adhuc tamen, ita adesse dicitur turbativum, seu interpretativum, infra in disc. in quo agitur de hoc possessorio retinende.

Neque juxta magis communem, ac receptam opinionem, necessaria est turbationis, ac molestiarum, positiva probatio, sed sufficit illa possessionis,

F

quoniam

quoniam intrat claram dilemmam inevitabilem; Aut colligans dicit se turbasse; Aut non; Si dicit turbasse, ergo probatiourbationis est in confessio; Et si negat, sibi replicari potest, quod non debet se opponere concessionem manutentionis, dum ita in continentia, terminato hoc iudicio obtineret, intentum prosequitionis causae petitorii, *ibid.*

Hinc proinde frequentes audiuntur quæstiones in Signatura Gratiae, super cumulatione possessorii cum petitorio, de qua etiam quandoque agitur in

*Rota*, vel coram aliis Judicibus; Quoniam quando Signaturæ non videatur simpliciter rescribere affirmativè vel negative, quia nempe sit materia probabiliter dubia, majorique discussione digna; Tunc rescribi solet eidem Rota, vel alteri Tribunalis, in quo causa pendeat, cum clausula arbitrio, super cuius interpositione, disputari solet, ut de hoc, & de aliis huiusmodi, adeo in Curia frequens possessorium concorrentibus, habetur infra in eius particulari Rubrica, ne idem plures repetatur, *ibid.* & in relatione Curie discut. 30. & 31. ubi de stylo Signaturæ.

Idem impedimentum ulterioris progressus causæ, ob audienciam denegationem, refutare solet à contumacia, quoniam contumacia pro facti qualitate, Judex audienciam denegat, donec cum refectio expensarum, vel aliorum dannorum, quæ colligantur ratione contumacia sit passus, illam purget, *supra* disc. 10.

Transfatio item de jure eumdem effectum operatur, quod scilicet ille, qui transfectionem impugnat, nisi prius restituat id, quod eius vigore accepit; Quoties manifesta nullitas transfectionis, ob quam, ratione inanis circuitus, intret aequitas, adiutum non praebat Judicis officio, vel arbitrio relataxandi hunc rigorem. *tit. de alien. & contract. prohib. discr. 50. num. 28.*

Majores autem, ac frequentiores quæstiones, quæ in hac materia cadunt, percutiunt clausulas, quas in Curia dicimus præjudiciales, quæ in literis Apostolicis apponi solent; Ut sunt, Decretum irritans, & clausula sublata, quodque de subreptione, vel obreptione, aut de defectu intentionis dari non valeat; Huiusmodi enim clausularum virtus, ac operatio est, claudendi ossa, atque ligandi manus, tam Judicii, quam Parti, ut ista audiri non debeat, & ille desuper non judicare, atque alias nulliter agitur ex defectu jurisdictionis, quæ per Papam sublata dicitur.

Hinc propterea frequentes habentur disputationes in plena Signatura Gratiae, & quandoque apud Papæ Auditorem, ut vulgo dicitur in camera, pro confessione aperitionis oris, adversus huiusmodi clausulas; Eaque aliquando simpliciter concedi solet, & aliquando simpliciter denegari, & multoties rescribi Rota, vel alteri Tribunalis, in quo causa pendeat cum superiorius enunciata clausula arbitrio, pro diversis singulorum casuum circumstantiis, ideoque id certam, ac generalem non recipit regulam.

Ea tamen cadere videtur distinctio, quæ quamdam regulæ imaginem redolat, an scilicet haec petitio aperitionis oris, ac reductionis gratia ad viam juris, percutiat substantiam ipsius gratiae, eam de medio tollendo, per quamdam speciem revocationis, vel circumscriptioonis; Et tunc strictius procedatur, atque non nisi ex magna causa, & evidenti lesione concedatur, insinuatur infra in Relatione Curiae discr. 30. agendo de Signatura Gratiae, & tit. de pension. discr. 50. Ideoque male obloqui solet ignarum

vulgus, præsertim ultra montes contra Romanæ Curie stylum, quod unus Pontifex concedit, & alter revocat, id etenim ex mera ignorantia provenit, quoniam omnes leges civiles, & canonica laudant, ut quod ad importunas, vel minus veras preces, per unum à Principe in præjudicium, vel lesionem alterius obtentum est, altero recurrente, ab eodem, vel à successore debeat revocari. *tit. de Regal. discr. 148. & alibi pluries.*

Quinimo inferiori Magistratui, vel exequitori, licentia conceditur, abstinendi ab exequitione, atque replicandi eidem Principi, donec per alteram Partem, cui præjudicium, seu lesionem, gratia causet, recursus haberi valeat, pro revocatione vel moderatione *cod. discr. 148.*

Secus autem ubi agatur de illa aperitione oris, que non tangat substantiam gratiae, sed solum tollat impedimentum, quod ex clausula resultat, ut Juxta, prout de jure, de gratia defectu, ratione obreptionis, vel surreptionis, vel defectus intentionis cognoscere valeat, cum tunc de facili id concedi solet, ac debeat, de hac distinctione, ac alio ad materiam apud Coccin. dec. 2. 148. repetit. dec. 358. par. 11. rec. & dicto discr. 50. de pension. & dicto discr. 30 in relatione Curiae.

Adhuc tamen aliqua summaria cognitio justitiae, seu boni juris desuper haberi solet, ex ea congrua ratione, quod Princeps, cui cordi esse debet, litigantium calumnias refecare, eisque occurrere, concedere non debet aditum liti, quam agnoscat esse injustum, *ibidem.*

Huiusmodi tamen clausularum obstaculo non refrangentes, solent Judices, etiam sine dicta Principis facultate, in causis manus apponere, ex motivo præsertim non compræhensionis, *ibidem.*

Sive ubi adsint solum decretum irritans, & clausula sublata, defint vero alia clausulae ampliores, nempe, quod de subreptione, & obreptione, ac defectu intentionis dari non valeat, ita distinguendo, an adiut, necne omnimodo carentia jurisdictionis; Adhuc tamen in Curia, ob præsentiam eiusdem Principis, ad quem promptus, ac facilis haberi potest recursus, ex stylo, fundato in quadam reverentia, Judices abstinere solent, atque remittere Partes ad eamdem Signaturam pro aperitione, *ibidem* ut supra.

Plerique alii dantur casus, pro regionum, seu Tribunalium legibus, vel stylis, in quibus idem impedimentum in iudiciorum, & causarum ingressu, vel progressu resultet; Puta quia reperiatur actor innodus excommunicatione majori, que inter alios effectus, sicut operatur, ut repellat à limine iudicij excommunicatum agentem, qui propterea nulliter agat, etiam si de causa diversa agatur, lecus autem excipientem, seque defendantem *Grass. except. 4. Gregor. & add. decr. 64. Peregr. de jur. fisc. lib. 3. tit. 11. in Tridentina Canoniceatus 17. May 1645. coronam Cerro decr. 165. post Zacc. de obl. Buratt. & add. decr. 32. Post de manu. obser. 68. in Cesaraugustana de qua discr. 17. in Miscellan. eccles. Etiam si ab eius procuratore, vel alio eius nomine, vel jure actuant, lecus si in rem, & causam propriam, *Peregr. de jure fisci d. lib. 3. tit. 11. & in dicta Tridentina Canoniceatus coram Cerro.**

Sive è converso, quod reus occupatus sit in munere publici Magistratus Civitatis, quod non ubique eamdem habet observantiam.

Aut quod in bello, ut proprio Principi, non autem alieno inserviat, reperiatur; Verum, & id particularem

cularem habet usum, vel praxim, cum similibus, de exceptione hostica latè Graff. de except. cap. 3. Masul. ad Capc. decif. 172, apud Bich. decif. 30.

<sup>21</sup> Perjurium quoque repellit à limine judicij, cum perjurus non sit audiendus, ideoque ubi accedat alterius partis oppositio sententia, aliaque acta eius favore sequuta, remanent invalida, sicut autem si oppositio non accedit; Idque licet agatur de solo possessorio. Gregor. & add. decif. 64. Buratt. dec. 152. Seraphin. de iuramento cap. 174.

Procedit autem in perjurio perfidiae, vel doloso, fucus autem in eo quod excusabile dici valeat, præfertim ex causa impotentiae vel difficultatis. Mantic. decif. 221. & 270.

Sive ubi obtenta sit absolutio, antequam agatur, quamvis ea exhibita non sit, cum sufficiat eam exhibere, quando de illo objicitur. Dunozest. decif. 792. num. 3.

Aut quod judicium insituatur nomine Ecclesiæ, cuius principaliter interfit, cum tunc perjurium Prælati, vel Reutoris non obstat, apud Bich. decif. 290. Omniaque præmissa procedunt aendo, fucus autem excipiendo, vel retinendo ut in fortiori casu excommunicati superius advertitur, ac etiam in hac specie habetur, apud add. ad Gregor. dicta decif.

64.

Non implementum quoque, vel contraventio repellit a Etorem, cui incumbit necessitas docendi, quod ex eius parte implevit contractum, cuius vi-  
22 gore ipse agat, cum alias ex actu impugnato, vel non impletio, nullatenus actio competit; Itaque exceptio etiam in exequitivis, ac privilegiatis, in quibus cautum sit, ut nulla exceptio admittatur, obstat. Graff. de except. cap. 13. ex num. 37. Zuch. de obl. quest. 17. ex numer. 85. Mantic. dec. 1. dec. 471. par. 9. rec. & tit. de usur. dise. 7. & alibi.

Nisi doceatur de implementi remissione; Vel quod illud jam adsit, sed prætendatur non sequutum in tempore, sive non modo quo sequi debet, cum hac exceptio respiciat merita, non autem operetur hunc effectum repellendi à judicio. Zuchias & ali ibi supra.

De plerique autem exceptionibus, de quibus frequenter disputari solet, an dicendæ veniant incontinenti probatae, vel respectivè altioris indaginis, adeo ut aptæ, vel non aptæ sint retardare processum exequitivum, vel alias privilegiatum agitur, sparsim infra in singulorum judiciorum, exequitivorum, vel privilegiatorum Rubricis, cum illæ non percutiant judicij ingressum, sed progressum, & ordinem.

## De Praescriptione.

## S V M M A R I V M.

<sup>1</sup> P **R**escriptio prestare solet impedimentum judicio, & actionem repellere.

<sup>2</sup> Distinguuntur diversæ species prescriptionum ordinariarum, & extraordinariarum.

<sup>3</sup> De prescriptione in materia beneficii remissive.

<sup>4</sup> De prescriptione nullitatis professionis resultante à Concilio Tridentino per quinquennium.

<sup>5</sup> De prescriptione Statutaria, quæ conceditur debitorum.

<sup>6</sup> De differentia inter consuetudinem, & prescriptio- nem, & de effectibus ex una, vel altera speciere sultantibus.

Card. de Luca de judicis & judicialibus.

- 7 De altera distinctione inter observantiam interpretativam, & prescriptivam, & de requisitis observantie interpretativa.
- 8 De observantia prescriptiva, eiusque requisitis.
- 9 De distinctione prescriptionis iuris, vel actionis in substantia, seu in decisorius, & actionis vel iudiciorum ordinatorius.
- 10 Via exequitiva etiam cum mala fide prescribitur per 30. annos.
- 11 Quid in Regno Neapolitano adversus instrumenta, vel obligationes penes acta.
- 12 De prescriptione constituti, aut hypothecæ, vel pacti de capiendo.
- 13 An & quando in prescriptione requiratur bona fides, & de distinctione inter prescriptionem longam, & longissimam.
- 14 de iure canonico servando etiam in foro laicali, non datur prescriptio sine bona fide, & correctum est ius civile.
- 15 Declara in mala fide vera, non autem presumpta.
- 16 Et quando etiam presumpta qua ex lice resultat ha- beat vim vera.
- 17 Hares non obstante mala fide prescribit legata ad- versus legatarios.
- 18 Vel unus heres contra alium.
- 19 Deratione cur istis casibus non obstat mala fides.
- 20 De conclusione quod mala fides defuncti noceat ha- redi, qua non placet.
- 21 Cessante impedimento mala fidei, in reliquo procedia tur in hac materia cum dispositione iuriis civilis.
- 22 De triennali possessione, vel usucapione, rerum mo- bilium.
- 23 De eadem respectu fructuum ex re aliena perceptorum.
- 24 An fructus presumantur durare ultra triennium, & quinam darent.
- 25 De emptore mercium, vel animalium, aliorumque mobilium in nundinis, & emporiis, quando redda- tur tutus.
- 26 De prescriptione quinquenniali in delictis, vel in po- niis fraudate gabella; Et de prescriptione quadriennali rerum datarum a Principe.
- 27 De prescriptione ordinaria bonorum stabilium, an- norum decem inter presentes, & viginti inter ab- sentes, & qui dicuntur presentes, vel absentes.
- 28 Quod ista species prescriptionis nunquam verisice- tur, & quare.
- 29 De prescriptione longissima, & de differentia inter longam, & longissimam.
- 30 De requisito unus, vel alterius prescriptionis.
- 31 Quando possessionis interruptio non obstat ad effe- ctuum prescriptionis.
- 32 De requisito quod res non sit vitiosa, & quae res sint impræscriptibiles.
- 33 Non valenti agere, non currit prescriptio, ideoque istud tempus subducitur.
- 34 Ideo non prescribuntur bona dotalia durante ma- trimonio.
- 35 Minusque bona fideicommissaria ante factum ca- sum.
- 36 Idem in Inrepatronatus, vel in feidis, emphyteusi, &c.
- 37 Durante tempore pupillari prescriptio non currit, & quando secus ob scientiam tutoris, & quid in mente capto.
- 38 Contra minorem currit, sed datœ restitutio in in- tegrum, & infra num. 68.
- 39 De eadem restitutio ne ex causa ignorantie, vel il- terius impedimenti, & in specie belli.
- 40 De prescriptione contra Ecclesiam, & quale tempus debeat subduci.